

**КОДЕКС ФЕОДОСИЯ
О КОЛОНАХ**

КНИГА 1-16 (ФРАГМЕНТЫ)

**CODEX THEODOSIANUS
DE COLONIS¹**

LIBER I-XVI (FRAGMENTA)

LIBER I

КНИГА 1

XVI. De officio rectoris provinciae

1.16.11.[=*BREV.*1.6.4]. *IMPP. VALENTIN., VALENS ET GRAT. AAA. AD PROBUM PF. P.* Provinciis praesidentes per omnium villas sensim atque usitatum vicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque compulsor insolenter egisset aut cupide. Is enim, de quo aliqua ad nos querela pervenerit, ad ultimam poenam rapietur. *DAT. KAL. APRIL. TREVIRIS, VALENTIN. N. P. ET VICTORE V.C. CONSS.* (369 Apr.1)

INTERPRETATIO. Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint, querellam civium non dubitent in se severissime vindicandam.

XXVIII. De defensoribus civitatum

1.29.1. *IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS AA. AD PROBUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Admodum utiliter edimus, ut plebs omnis Inlyrici officiis patronorum contra potentium defendatur iniurias. Super singulas quasque praedictae dioeceseos civitates aliquos idoneis moribus quorumque vita antea laudatur tua sinceritas ad hoc eligere curet officium, qui aut provinciis praefuerunt aut forensium stipendiorum egere militiam aut inter agentes in

16. О ведомстве ректора провинции

1.16.11². *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ВАЛЕНТ И ГРАЦИАН ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПРОБУ.* Пусть президы провинции по всем виллам и связанным с ними селениям исподволь разубнают обычным образом и сверх того расследуют о каждом, по отношению к кому сборщик налогов против обыкновения поступал насильно и алчно. Тот же, о ком к нам поступит жалоба, пусть подвергнется жестокому наказанию. *1 апреля 369*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Следует дать провинциальным судьям поручение, чтобы произвели внимательный досмотр в полях и имениях и разубнали о каждом, как он ведет дело с посессорами при взимании платежей. Если какие-либо лица окажутся небрежны в заботе о деле, пусть не сомневаются, что по жалобе граждан будут наказаны жесточайшим образом.

29. О дефенсорах городских общин

1.29.1. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПРОБУ.* Для большей пользы приказываем, чтобы плебс защищался всеми ведомствами Иллирика против беззаконий могущественных патронов. Сверх того пусть твоей честью будет рекомендовано каждой городской общине указанного диоцеза выбрать для этого каких-либо лиц, достойных нравами и своей предшествующей жизнью, которые служили в

¹ Перевод сделан автором по изданию: Theodosiani libri XVI cum constitutionibus sirmonlianis et leges novellae ad Theodosianum pertinentes. / Ed. Th. Mommsen et P. Meyer. Berolini, 1905. Vol. 1-11.

² I. 16. 11 = Бревиарий Алариха. 1. 6. 4.

rebus palatinosque meruerunt. Decurionibus ista non credat; his etiam, qui officio tui culminis vel ordinariis quibuscumque rectoribus aliquando paruerint, non committat hoc munus; referatur vero ad scientiam nostram, qui in quo oppido fuerint ordinati. *DAT. V K. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.* (364 [immo 368 postea] Apr. 27).

1.29.2. *ID. AA. SENECAE.* Si quis de tenuioribus ac minusculariis interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis acta conficias: scilicet ut, si quando quis vel debitum iustum vel servum qui per fugam fuerit elapsus vel quod ultra delegationem dederit postulaverit vel quodlibet horum tua disceptatione restituas; ceteras vero, quae dignae forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Et cetera. *DAT. V K. IUL. TYR VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (365 Iun. 27).

1.29.3. *ID. AA. PROBO PRAEFECTO PRAETORIO.* Cum multa pro plebe a nobis studiose statuta sint, nihil providisse nos credidimus, nisi defensores idoneos dederimus. Igitur non ex decurionum corpore, sed ex alio, videlicet ex administratoribus, qui vel consulares fuerint administratione vel praesides, aut ex palatinis vel agentibus in rebus vel his, qui principatus culminis vestri vicariorumque gesserunt, vel ex scholasticis huic officio deputentur. *DAT. III NON. NOV. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (368? 370? 373? Nov. 3).

1.29.5. *IDEM AAA. AD SENATUM.* Utili ratione prospectum est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii beneficio fruatur, ne forensis iurgii fraudibus fatigata, etiam cum ultionem posceret, vexaretur; dum aut avarior instruitur advocatus aut obsessor liminis maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, dum commodi nomine amplius ab eo qui vicerit intercessor exposcit quam redditurus est ille qui fuerit superatus. Hoc fieri dignitas non patitur senatoris, sed exortas contentiones cita definitione compescet; nam erepta perperam amota dilatione restituit ordin....sine dubio rectoris habeatur auctoritas, quae meliore in

армии или среди служащих дворцового ведомства. Декурионам этого пусть не поручают; также пусть не допускают к этой обязанности и тех, которые в твоём ведомстве в чём-либо подчиняются высшим, обычным или каким-либо руководителям; пусть также до нашего сведения будет доведено, кто в каком городе окажется назначен. *27 апреля 364 (368)*

1.29.2. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ СЕНЕКЕ.* Если кто-либо из жалких и малых доверит тебе помощь в незначительных судебных делах, то есть таких, которые не превышают сумму в 20 солидов, пусть подаёт судебный иск с заявлением, и если кто-либо передал или залоговый долг, или схваченного во время бегства раба, или что-либо сверх податного обложения, ты возвратишь это своим решением. Однако прочие, которые (своей) значимостью покажутся заслуживающими адвоката, пусть обращаются к обычному ректору. *27 июня 365*

1.29.3. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПРОБУ.* Сколь бы много ни было установлено нами для плебса, мы полагаем, что ничего не предусмотрели, если не дадим достойных дефенсоров. И пусть они призываются на эту должность из сообщества не декурионов, но из другого, а именно из администраторов, которые будут либо из должностных лиц консуляров, либо из президов, или из занимающихся дворцовыми делами, или теми, кто поддерживает правление вашего высочества и викариев, либо из риториков. *3 ноября 368? (370? 373?)*

1.29.5³. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ВАЛЕНТ И ГРАЦИАН СЕНАТУ.* Полезным правилом предусмотрено, чтобы невинное и миролюбивое крестьянство пользовалось дарованным ему благодеянием патрона и не доводилось до разорения, потрясаемое обманами судебных тяжб, даже когда взывает к отмщению; пока корыстолюбие склоняет адвоката или обитель отеческих пределов умилоствует подарками местного принцепса, пока постановление искажается писцами, пока ради наживы судебный исполнитель трубит у выигравшего дело больше, чем возвращено ему тем, кто проиграет. Пусть достоинство не позволяет сенаторам делать это, но возникшие притязания пусть будут обузданы скорым определением; ведь обвинение восстановит

³ I. 29. 5 = Кодекс Юстиниана. I. 55. 3.

bonos condicione retinetur; nam ille patitur humani cruoris horrorem, hic innoxiam sibi vindicat potestatem. *DAT. III ID. AUG. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.* (370 Aug. 10).

1.29.8 [=BREV.1.10.3] *IDEM AAA. TATIANO PF. P.* Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum fervet insania, probatissimi quique atque districtissimi defensores adsint disciplinae et quotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina impunitate coalescere. Removeantur patrocina, quae favorem reis et auxilium scelerosis impertiendo, maturari scelera fecerunt. *DAT. V. ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI, ARCADIO A. II. ET RUFINO V.C. COSS.*

INTERPRETATIO. Per omnes provincias tales pro studio disciplinae iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones, remotis potentum patrociniis, districtionem debitam exercere non differant: ne per negligentiam suam aut venalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.

LIBER II

II. De iurisdictione, et ubi quis conveniri debeat

2.1.1. [=Brev.2.1.1]. *IMP. CONSTANTIUS A. AD EUSTATHIUM PF. P.* Iudices provinciarum volumus vim debitae auctoritatis assumere, ut una actores ceterosque rei privatae nostrae, quae provinciales, teneat disciplina. Sceleratos convictosque carceres teneant, tormenta dilacerent, gladius ultor interimat. Eo enim modo licentia inveteratae desperationis inhibetur, si intelligant, uno sibi ac pari studio vivendum esse cum ceteris etc. *DAT. VIII. ID. MART. LIMENIO ET CATULINO COSS.*

INTERPRETATIO. Quicumque in provinciis

похищенное и неправильно отобранное... Без сомнения у ректора имеется власть, которая хранится обладающими лучшим положением; ведь тот, кто испытывает ужас перед человеческой кровью, устанавливает безопасную для себя власть. *10 августа 370*

1.29.8⁴. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ФЕОДОСИЙ И АРКАДИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ТАТИАНУ.* По всем областям, в которых будет бурлить жестокое и не сознающее своей опасности безразудство разбойников, пусть испытаннейшие и решительнейшие деференсоры восстановят порядок, станут руководить ежедневными мероприятиями, с помощью которых не допустят, чтобы вследствие безнаказанности укоренилась преступность. Пусть будут устранены патроцинии, которые оказанием покровительства обвиняемым и помощи преступным ведут к вызреванию преступлений. *апреля 392*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Во всех этих провинциях для поддержания порядка назначаются судьи с тем, чтобы наряду с выполнением всех обязанностей в отношении обвиняемых и приносящих беспокойство разбойников они не замедлили обнаружить должную строгость к патроциниям могущественных и чтобы из-за его попустительства или подкупности они не способствовали преступлениям, которые должны покарать.

КНИГА 2

1. О судоговорении и кто куда должен обращаться

II.1.1⁵. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВСТАХИЮ.* Мы желаем, чтобы профессиональные судьи были наделены силой должного авторитета поддерживать порядок не только среди провинциалов, но и среди акторов и прочих лиц из наших частных имений. Пусть уличенных в преступлении отправляют в карцер, подвергают пыткам и казнят. Быть может, позволением такого рода наши акторы будут удержаны от укоренившихся отчаянных выходов, если постигнут, что у них равное с прочими влечение к жизни. *8 марта 349*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Пусть назначенные

⁴ I. 29. 8 = Бревиарий Алариха I. 10. 3 = Кодекс Юстиниана. I. 55. 6.

⁵ II. 1. 1 = Бревиарий Алариха. II. 1. 1.

iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum, ut, si aliquos rei dominicae servos vel colonos reatus involverit, sicuti et privatos, comprehendendi eos et puniendi, ut culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore, habeant liberam potestatem.

X. De postulando

2.10.4 [=Brev.2.10.1]. *ИМП. CONSTANTINUS A. AD BASSUM PF. P. Advocatos, qui consceleratis depectionibus suae opis egentes spoliant atque denudant, non iure causae, sed fundorum, pecorum et mancipiorum qualitate rationeque tractata, dum eorum praecipua poscunt coacta sibi pactione transscribi, ab honestorum coetu iudiciorumque conspectu segregari praecipimus. PP. VIII . ID. MART. CONSTANTINOPOLI, CONSTANTINO A. VIII. ET CONSTANTIO CAES. COSS.*

INTERPRETATIO. advocati, id est causas agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente pacisci, ut omnia, quae meliora sunt in agris aut in mancipiis aut in pecoribus, ad eos sub promissa defensione perveniant, et ideo qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, et a conventu honestorum virorum et iudiciorum communione praecipimus segregari.

XXV. De communi dividundo.

2.25.1. *ИМП. CONSTANTINUS A. GERULO RATIONALI TRIUM PROVINCILARUM.* In Sardinia fundis patrimonialibus vel emphyteuticariis per diversos nunc dominos distributis, oportuit sic possessionum fieri divisiones, ut integra apud possessorem unumquemque servorum agnatio permaneret. quis enim ferat, liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris coniuges segregari? igitur qui dissociata in ius diversum mancipia traxerunt, in unum redigere eadem cogantur: ac si cui propter redintegrationem necessitudinum servi cesserunt, vicaria per eum, qui eosdem susceperit, mancipia reddantur. Et invigilandum, ne per provinciam aliqua posthac querela super divisio mancipiorum affectibus perseveret. *DAT. III. KAL. MAI. PROCULO ET*

в провинциях судьи знают, что если обвинение падет на кого-либо из императорских рабов и колонов, им позволено, подобно тому как это делается в отношении частных, уличить и наказать их как того требует их вина, и пусть управитель нашего патримония не препятствует их свободе осуществлять власть.

10. О привлечении к ответственности

П.10.4. *ИМП. КОНСТАНТИН ПРЕФЕКТУ ГОРОДА БАССУ.* Предписываем, чтобы из категории отмеченных достоинством и из числа судей были исключены адвокаты, которые используя при ведении своих дел соглашения, станут обирать и разорять, и даже, поступая не в соответствии с правом, а с количеством и качеством имений, скота и рабов, будут требовать, чтобы в соответствии с принудительным соглашением лучшее из этого доставалось им. *8 марта 326 (?)*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Адвокаты, то есть ведущие дела, уличенные в чрезмерной алчности, исходя из которой ведут дела, принуждают заключать письменное соглашение, по которому все лучшее из имущества в полях, или в рабах, или в скоте должно передаваться им за оказанную защиту. И потому предписываем исключить из сообщества облеченных достоинством людей и из объединения судей тех, кто окажется виноват по отношению к тем лицам, кому они обещают патроциний.

25. О разделе общей собственности

П.25.1⁶. *ИМП. КОНСТАНТИН РАЦИОНАЛУ ТРЕХ ПРОВИНЦИЙ ГЕРУЛУ.* Следует так произвести раздел находящихся у посессоров патримония и эмфитевтов имений на Сардинии, распределенных сейчас между многими господами, чтобы у каждого посессора сохранялось в целостности родство рабов. Ибо кто вынесет отделение детей от родителей, сестер от братьев, жен от мужей? Поэтому разлученные рабы, которые перешли в право разных господ, пусть будут там соединены воедино: и если кто-нибудь лишится рабов из-за необходимости восстановления их семей, пусть получит замену от того, кто получит этих рабов, и следует позаботиться, чтобы в провинции после этого не было более никаких жалоб по поводу

⁶ П. 25. 1 = Бревиарий Алариха. П. 25. 1 = Кодекс Юстиниана. III. 38. 11.

PAULINOCOSS.

INTERPRETATIO. In divisione patrimoniorum seu fiscalium domorum sive privatorum observari specialiter debet, ut, quia iniustum est, filios a parentibus vel uxores a maritis, quum ad quemcumque possessio pervenerit, sequestrari, mancipia, quae permixta fuerint, id est uxor cum filiis et marito suo, datis vicariis, ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit.

XXX. De pignoribus

2.30.1 [=Brev.2.30.1]. *IMP. CONSTANTINUS A. AD UNIVERSOS PROVINCIALES.* Intercessores a rectoribus provinciarum dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, servos aratores aut boves aratorios pignoris causa de possessionibus abstrahunt, ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel praefectus pacis vel decurio in hac re fuerit detectus, a rectoribus provinciarum capitali sententiae subiugetur. *DAT. IV. NON. IUN. SIRMIO, CONSTANTINO A. IV. ET LICINIO IV. COSS.*

INTERPRETATIO. Multi pro fiscali debito servos cultores aut boves aratorios de possessionibus causa Pignoris auferre praesumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, et ideo si quis creditor vel curator pacis vel curialis aut quicumque exactor hoc facere praesumpserit, a provinciae iudice puniatur.

2.30.2 [=Brev.2.30.2] *IMPP. HONOR. ET THEODOS. AA. IOANNI PF. P.* Post alia: nexum non faciat praediorum nisi persona, quae iure potuit obligari. Per servum autem vel procuratorem, colonum vel actorem seu conductorem praeiudicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et iuris et legum auctoritatibus decantatur etc. *DAT. V. ID. IUL. RAVENNA, HONORIO XIII. ET THEODOS. X. AA. COSS.*

INTERPRETATIO. Non obliget possessionem nisi ille, qui proprius dominus esse dignoscitur: nam neque per servum, neque per

страстей из-за распределения рабов. 29 апреля 325

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Поскольку нечес-тиво отделять детей от родителей и жен от мужей, то при разделе патримониальных, фискальных или наших частных имений, когда к кому-нибудь переходит имение, следует тщательно следить, чтобы рабы, которым случится быть перемещенными, доставались одному лицу - то есть жена вместе с детьми и своим мужем, - которое пусть даст в обмен замену.

30. О залогах

П.30.1⁷. *ИМП. КОНСТАНТИН ВСЕМ ПРОВИНЦИАЛАМ.* Судебные исполнители, назначенные ректорами провинций для взимания недоимок в пользу государства, забирают из имений в залог рабов-пахарей и быков, используемых для пахоты, из-за чего задерживается внесение податей. Если какой-либо судебный исполнитель, или кредитор, или префект мира⁸, или декурион будет уличен в этом деле, он должен быть наказан ректором провинции. 2 июня 315

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Многие забирают в залог из имений рабов-земледельцев и быков, используемых для пахоты, чтобы обеспечить фискальные платежи. Из-за таких дел сокращается поступление налога и поэтому, если какой-нибудь кредитор, или староста мира, или куриал, или какой-либо сборщик податей впредь станет это делать, пусть будет наказан провинциальным судьей.

П.30.2⁹. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ИОАННУ, ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ.* После прочего: Пусть лицо, которое не располагает правом ответственности по залому, не осуществляет заклад имений. И авторитет права, и закон согласны, что рабом, а также прокуратором, колоном или актором, либо кондуктором без разрешения или ведома господина не может быть поставлено на слушание в суде дело об имении. 11 июля (?) 422

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Не может закладывать тот, кто отличается от собственного господина: ведь если имение было заложено, ни раб, ни прокуратор или колон, либо актор или кондуктор не могут предъявить господину решение суда.

⁷ П. 30. 1 = Бревиарий Алариха. П. 30. 1 = Кодекс Юстиниана. VIII. 16. 7.

⁸ префект мира - praefectus pacis, возможно, пага - pagis.

⁹ П. 30. 2 = Бревиарий Алариха. П. 30. 2 = Кодекс Юстиниана. VIII. 15. 8 и XI. 48. 17.

procuratorem sive colonum aut actorem aut conductorem, si res fuerit obligata, praedictum domino poterit exhiberi.

XXXI. Quod iussu

2.31.1. *IMPP. HONOR. ET THEODOS. AA. IOANNI PF. P.* Post alia: dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur quod iussu, si certam numerari praeceperint servo actorive pecuniam. Igitur in perpetuum edictali lege sancimus, ut, qui servo, colono, conductori, procuratori actorive possessionis pecuniam commodat, sciat, dominos possessionum cultoresve terrarum obligari non posse. neque familiares epistolas, quibus homines plerumque commendantur absentium, in id trahere convenit, ut pecuniam quoque, quam non rogatus fuerat, impendisse se pro praediis mentiat: quum, nisi specialiter, ut pecuniam commodet, a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit; creditaque quantitate mulctari volumus creditores, si huiusmodi personis non iubente domino, nec fideiussoribus specialiter acceptis fuerit commodata pecunia. *DAT. V. ID. IUL. RAVENNA, HONORIO XIII. ET THEODOS. X. AA. COSS.*

INTERPRETATIO. Nullus dominum ad reddendum debitum, sicut hucusque fiebat, adstringat, nisi servo suo vel actori pecuniam rogante domino praestitisse convicerit. Et ideo si quis servo, colono, conductori, procuratori vel actori pecuniam non rogante domino dederit, sciat, dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri; sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint aut fideiussores non acceperint, ea, quae commodata sunt, se noverint perdituros, nec a domino posse reposci.

XXXII. De peculio

2.32.1 [=Brev.2.32.1] *IMPP. HONOR. ET THEODOS. AA. IOANNI PF. P.* Post alia: hoc quoque creditoribus non negamus, ut, si liber a rationibus fuerit, quas regebat, inventus actor, servus procuratorve praediorum, utilis actio

31. На основании повеления

П.31.1¹⁰. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ИОАННУ.* После прочего: преторским постановлением, которое называется "На основании повеления", объявлено, что господа приобретают обязательство лишь если прикажут рабу или актору увеличить некоторую сумму денег. Поэтому опирающимся на Вечный эдикт законом мы устанавливаем, чтобы тот, кто рабу, колону, кондуктору, прокуратору или актору имения ссудит деньги, знал, что господ имений (он) не может привлечь к ответственности за обрабатывающих земли. И не подобает вовлекать в это письма домашним, которым большая часть людей доверяет личное, чтобы притвориться, что деньги, которые не были прошены, были получены в уплату за имение, так как в случае, если господином специально не было заявлено, что он предоставит деньги, они не могут быть удержаны с господина: мы желаем, чтобы кредиторы подвергались штрафу величиной с данное в долг, если такого рода лицу без приказания господина и особенно принявшему без поручителей будут одолжены деньги. *11 июля 422*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Как и до сих пор было, пусть никто не принуждает господина к возвращению долга, если не докажет, что предоставил деньги его рабу или актору по просьбе господина. И также, если кто-либо даст деньги займа рабу, колону, кондуктору, прокуратору или актору без просьбы господина, пусть знает, что господа земель никоим образом не могут быть привлечены за этот долг; но те, кто ссудит деньги таким лицам без просьбы господина или без свидетелей пусть считают потерянными для себя одолженное и не могут требовать этого с господина.

32. Из пекулия

П.32.1. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ИОАННУ.* После прочего: Впрочем, если актер, раб или прокуратор имений окажется свободен от платежей, которыми обязан, мы не отказываем

¹⁰ П. 31. 1 = Бревиарий Алариха. П. 31. 1 = Кодекс Юстиниана. IV. 26. 13.

pateat de peculio etc. *DAT. V. ID. IUL. RAVENNA, HONORIO XIII. ET THEODOS. X. AA. COSS.*

INTERPRETATIO. Hoc sane creditoribus volumus esse praestandum, ut actor vel servus sive procurator possessionis, qui pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia, quam accepit, de peculio, quod habet, creditoribus reddat.

LIBER III

V. DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIAS DONATIONIBUS

3.5.8. *IMP. IULIANUS A. AD HYPATIUM VICARIUM URBIS ROMAE.* Quotiens sponsae in minori constitutae aetate futurae coniugi aliqua collata in praediis italicis vel stipendiariis seu tributariis intercedente stipulatione donantur, largitas perpeti firmitate subsistat, etiamsi traditionis sollemnitas defuisse videatur, ita tamen, ut etiam in his donationibus, quae in minores conferuntur, actorum confectio omnifariam flagitetur. *DAT. VIII K. MART. ANTIOCHIAE IULIANO A. IIII ET SALLUSTIO CONSS.* (363 Febr. 21).

XXX. De administratione et periculo tutorum et curatorum

IMP. CONSTANTINUS AD POP. Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum argentum gemmas vestes ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam mancipia, domos balnea horrea atque omnia intra civitates venderent omniaque ad nummos redigerent praeter praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa est. (1) Praecipimus itaque, ut haec omnia nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate et lege, qua rusticum praedium atque mancipium vendere vel pignorarum vel in dotem dare in praeteritum licebat, scilicet per inquisitionem iudicis, probationem causae, interpositionem decreti ut

кредиторам в том, чтобы он отвечал соответствующим возмещением из пекулия. 11 июля 422

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Итак мы желаем позволить кредиторам, чтобы получивший от кредитора деньги актер или раб, или прокуратор имения, если ничего из своих платежей не будет должен господину, за полученные деньги ответил кредиторам из пекулия, который имеет.

КНИГА 3

5. О СВАДЕБНЫХ ПОДАРКАХ И ДОБРАЧНЫХ ДАРАХ

III.5.8. *ИМП. ЮЛИАН ВИКАРИЮ ГОРОДА РИМА ИПАТИЮ.* Всякий раз, когда стипендиариями или трибутариями во исполнение договора одариваются невесты в возрасте, меньшем установленного для предстоящего брака, соединяющиеся с кем-либо в италийских имениях, пусть с непоколебимой твердостью будет поддержана их щедрость, даже если покажется, что не соблюдена форма передачи, так, однако, чтобы даже в отношении этих даров, которые направляются несовершеннолетним, везде был настоятельно востребован сбор акторов. 21 февраля 363

30. О полномочиях и возможностях опекунов и покровителей

III. 30¹¹. 8. *ИМП. КОНСТАНТИН НАРОДУ.* Закон, который разрешал опекунам и покровителям в случае нужды продавать золото, серебро, геммы, одежду и прочее движимое имущество, а также городских рабов, дома, бани, склады и все в городах и обращать в наличные деньги все кроме имений и сельских рабов, часто противоречит интересам несовершеннолетних. (1) Поэтому мы предписываем, чтобы никому из опекунов и покровителей не позволялось продавать все это за исключением того случая, когда это диктуется нуждой или законом, который в прошлом разрешал продавать сельское имение и рабов, или закладывать, или давать в дар, конечно, после рассмотрения судей, доказательства причин, ссылки на декрет, чтобы не было места обману. (2) Прежде

¹¹ III. 30. 3. До слов "6... сохранены от повреждений" текст совпадает с текстом из Кодекса Юстиниана V. 37.22.2, ср. также: V. 72. 4.

probationem causae, interpositionem decreti, ut fraudi locus non sit. (2) Ante omnia igitur urbana mancipia, quia totius suppellectilis notitiam Gerunt, semper in hereditate et in domo retineant: nam boni servi fraudem Fieri prohibebunt, mali, si res exegerit, sub, quaestione positi poterunt prodere veritatem. (2a) Atque ita omnia observabunt, ut nec inventaria minuere nec mutare vel subtrahere aliquid tutor valeat: quod in veste margaritis gemmis et in vasculis ceteraque suppellectili necessarium est. (2b) Et tolerabilius est, si ita contigerit, servos mori suis dominis, quam servire extraneis. Quorum fuga potius tutori adscribitur, sive neglegentia dissolutam patiatur esse disciplinam, sive duritia vel inedia atque verberibus eos adficiat. (2c) Nec enim dominos execrantur, sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit: tunc enim remota servorum custodia etiam vita minorum saepius prodebat. (3) Nec vero domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua maiorum imagines aut videre fixas aut revulsas non videre satis est lugubre. Ergo et domus et cetera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumque aedificii genus, quod integrum hereditas dabit, collapsum tutoris fraude depereat. (3a) Sed et si parens vel cuiuscumque heres est minor reliquerit deformatum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogetur: ita enim annui redditus plus minoribus conferent quam per fraudes pretia deminuta. (4) Servi etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent et reliqui, qui in usum minoris domini esse non poterunt quibusque ars nulla est, partim labore suo partim alimoniarum taxatione pascantur. (5) Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra feminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quae

всего, следовательно, пусть всегда удерживают в наследстве и в доме городских рабов, так как они знают перечень всех предметов домашнего обихода; этим они воспрепятствуют совершить обман добрым рабам и смогут, если потребуют обстоятельства, изобличить истину дурным, подвергнутому допросу. (2a) А также пусть все соблюдают так, чтобы опекун не имел возможности ни уменьшить что-либо из инвентаря, ни изменить, ни скрыть: из того, что относится к одежде, жемчугам, геммам и к драгоценным сосудам и прочим предметам домашнего обихода. (2в) И более терпимо, если это коснется, чтобы рабы жили у своих господ, чем служили чужим: лучше сказать, в отношении склонных к бегству опекуну предписывается, либо пусть терпит допущенное по небрежности ослабление порядка, либо пусть воздействует на них строгостью или голодом и розгами. (2с) Однако так, чтобы они не проклинали господ, но более почитали, и таким образом, этот закон стал бы для них лучше древнего: ведь тогда жизнь несовершеннолетних чаще выступала чуждой надзору за рабами. (3) Также пока не подрос несовершеннолетний, утративший отца, не следует продавать дом, хотя и полный печали, но крепкий изображениями предков, ничуть не поколебленными. Поэтому и дом, и вся прочая недвижимость пусть остаются в патримонии несовершеннолетних и пусть никакой род зданий, который будет дан в наследство целым, не потерпит ущерба, разрушившись из-за нечестности опекуна. (3a) Но и в случае, если родитель или кто-нибудь, чьим наследником является несовершеннолетний, оставит ему подвергшееся разрушению здание, опекун должен восстановить его, подтвердив сделанное самими работами и свидетельством многих: ведь так они лучше уплатят ежегодный взнос, чем уменьшенной обманом суммой. (4) Рабы же, которые наделены каким-либо искусством, пусть осуществляют свои работы как удобно несовершеннолетнему, а прочие, которые не могут находиться в распоряжении несовершеннолетнего господина и которые не владеют никаким искусством, пусть содержатся частью своим трудом, частью выдачей определенного количества пропитания. (5) Ведь закон не только против опекунов предусматривает меры защиты несовершеннолетних, но и против

plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. (5a) Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, fenerandi usus vix diuturnus, vix continuus et stabilis est: quo facto saepe intercidente pecunia ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. (6) Iam ergo venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti, exceptis his dumtaxat vestibus, quae detritae usu aut corruptae servando servari non potuerint, vel curatore sollicito, ut easdem inspiciat frequenti recognitione incolumes. (7) Animalia quoque supervacua minorum veneant, non vetamus. *DAT. ID. MART. SIRMIO CONSTANTINO A. VII. ET CONSTANTIO C. CONSS.* (326 Mart 15).

XXXII. De praediis minorum sine decreto non alienandis

3.32.1. *IMP. CONSTANTINUS A. AD SEVERUM.* Minores, qui intra viginti quinque annorum aetatem sunt, praedium vel mancipium rusticum sine decreti interpositione alienatum, etiam non petita in integrum restitutione, poterunt vindicare; ita ut, si hac lege proposita tantum ad metas vicesimi et quinti supererit, ut coepta lis intra eiusdem anni finem terminari non possit, inchoata lis possit protendi. Sed et ii, quos eadem lex exacto vicensimo et quinto anno intra viginti et sex annos deprehenderit, inchoare petitiones suas non morentur, quoniam usque ad vicensimum et sextum annum ita inchoatae lites tempora concluduntur. Qui vero post hoc tempus agere temptaverit, expellatur, ut iam certus securusque possessor sit. *DAT. XV K. IAN. SERDICAE PROBIANO ET IULIANO CONSS.* (322 [325?] Dec. 18).

LIBER IV

X. De libertis et eorum liberis

4.10.1 [=Brev.4.10.1] *IMP. CONSTANTINUS A. AD CONCILIUM BYZACENORUM.* Libertis ingratis in tantum iura adversa sunt, ut, si quadam iactantia vel

разнузданных и невоздержанных женщин, которые в большинстве случаев передают новым мужьям не только имущество детей, но даже и их жизнь. (5a) К этому следует прибавить, что пользование самими деньгами, в которых древние видели всю силу имущества, отданным в рост, едва ли длительно и едва ли продолжительна их стабильность: из-за имеющей место частоты таких фактов пусть деньги не включаются в патримоний несовершеннолетних. (6) Следовательно, опекунам не разрешается продажа без упоминания декрета: за исключением только тех одежд, которые не могут использоваться вследствие износа или быть сохранены от повреждений, либо пусть куратор озаботится частым обследованием соблюдать их неповрежденными. Мы не запрещаем, чтобы они продавали излишних животных, принадлежащих несовершеннолетним. *15 марта 326*

32. Об имениях несовершеннолетних, которые не должны отчуждаться без декрета

III.32.1. *ИМП. КОНСТАНТИН СЕВЕРУ.* Несовершеннолетние в возрасте до 25 лет ни могут требовать по суду имение или сельских рабов, отчужденных без принятия декрета, даже не добиваясь введения в права; причем, если использование этого закона будет помогать только до исполнения 25 лет, пусть жалоба, принятая в пределах срока этих лет, не утрачивает силу и рассмотрение недорассмотренной жалобы может быть продолжено. Но и тем, кого этот закон застигнет между 25 и 26 годами, не поздно внести свои просьбы, так как срок внесения жалобы включает время вплоть до об лет. Однако пусть будет отказано тем, которые попытаются вести дело после этого срока, чтобы купивший имение посessor был уже уверен и спокоен. *18 декабря 322 (325?)*

КНИГА 4

10. Об отпущенниках и их детях

IV.10.1¹² *ИМП. КОНСТАНТИН БИЗАЦЕНСКОМУ СОВЕТУ.* Пусть благодарным отпущенникам право будет настолько неблагоприятно, чтобы они

¹² IV. 10. 1 = Бревиарий Алариха. IV. 10. 1 = Кодекс Юстиниана VI. 7. 2.

contumacia cervices erexerint aut levis offensae contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia dicionemque mittantur. *DAT. VI. KAL. AUG. COLONIAE AGRIPPINAE, PACATIANO ET HILARIANO COSS.*

INTERPRETATIO. Quaecumque persona servilis a domino suo fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum laeserit, amissa libertate, quam meruit, in servitium revocetur.

4.10.2. *IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS AA. CONSULIBUS, PRAETORIBUS, TRIBUNIS PLEBIS, SENATUI SUO SALUTEM DICUNT.* Post alia: liberti non modo adversus patronos non audiantur, verum etiam eandem quam patronis ipsis reverentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrati actio sic ut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datae sibi libertatis immemores nequitiam receperint servilis ingenii. (1) Quod si delatores accusatoresve manumissorum heredumve esse praesumpserint, eodem quo servi supplicio tenebuntur, luituri poenas ante adhibitae delationis exordium. Et cetera. *DAT. VIII ID. AUG. RAVENNA ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.*

INTERPRETATIO. Libertos non solum contra patronos, sed et contra patroni audiendos heredes non esse: ingratos etiam ab heredibus in servitum revocari: delatores etiam contra patronorum heredes, antequam audiantur, puniendos. (423 Aug. 6).

4.10.3. *IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. PRAEFECTO PRAETORIO.* Post alia: libertinae condicionis homines numquam ad honores vel palatinam adspirare militiam permittimus. Sane hanc distinctionem volumus custodiri, ut ex manumissis nati ad locum usque proximum protectoris licitum nullatenus adire mereantur ita, ut patronis patronorumve heredibus reverentiae privilegia conserventur. Nam si militantes etiam docebuntur ingrati, ad servitutis nexum procul

возвращались патроном обратно под власть и господство, если каким-либо хвастовством или строптивостью будут задирать нос или навлекут вину даже незначительным нарушением. 27 июля 332 (?)

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Если какое-либо лицо рабского статуса получит свободу от своего господина, а затем начнет заноситься перед патроном и этим нанесет ущерб своему манумиссору, пусть возвращается в заслуженное рабство, утратив свободу, которую прежде заслужил.

IV.10.2¹³. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ КОНСУЛАМ, ПРЕТОРАМ, ТРИБУНАМ ПЛЕБСА, СЕНАТОРАМ ОБРАЩАЮТСЯ С ПРИВЕТСТВИЕМ.* После прочего: Пусть отпущенники никоим образом не оказывают неповиновения патронам и, так же как самим патронам, пусть оказывают почтение наследникам патронов, неблагодарное действие по отношению к которым пусть рассматривается так же, как к самим манумиссорам, если они, забыв, что получили от них свободу, вновь обратятся к врожденной рабской подлости. (1) Если они окажутся самонадеянными до того, что выступят обвинителями или доносчиками на манумиссоров или наследников, пусть подвергнутся тому же наказанию, что и рабы, которые прежде подвергались наказанию, определенному за замышление обвинения.

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Отпущенники не должны выступать обвинителями не только против патронов, но и против наследников патронов: неблагодарные же пусть наследниками возвращаются в рабство: обвинители же против наследников патронов должны будут наказаны прежде, чем выслушаны. 6 августа 423.

IV.10.3¹⁴. *ИМП. ФЕОДОСИЙ И ВАЛЕНТИНИАН ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ БАССУ.* После прочего: Мы ни в коем случае не разрешаем, чтобы люди положения отпущенников добивались почетных должностей или военной службы при дворце. Этим мы желаем сохранить такое различие, чтобы рожденные от вольноотпущенных никоим образом не могли по службе даже приблизиться к должности телохранителя, чтобы сохранялись преимущественные права на почет патронов и наследников патронов.

¹³ IV. 10. 2 = Кодекс Юстиниана. VI. 7. 3; IX. 1. 21.

¹⁴ IV. 10. 3 = Кодекс Юстиниана. VI. 7. 4.

dubio reducentur. Ipsos vero, qui manumissi sunt, nulla ratione ad ullum quamvis humilis militiae locum sinimus admitti. *DAT. III. KAL. APRIL. RAVENNA THEODOSIO A. XII ET VALENTINIANO A. II CONSS.*

INTERPRETATIO. Libertos ad nullos honores militiamque adspirare: eorum filios ingenuos usque ad protectoris locum posse conscendere: etiam militantes ingratos in servitutem revocari. (426 Mart. 30).

XII. Ad senatus consultum Claudianum

4.12.1pr. [= 11.1 h.] *IMP. CONSTANTINUS A. AD PROBUM.* Si quae mulieres liberae vel a servis vel a quolibet alio vim perpressae contra voluntatem suam servilis condicionis hominibus iunctae sint, competenti legum severitate vindictam consequantur. (1) Si qua autem mulier suae sit immemor honestatis, libertatem amittat atque eius filii servi sint domini, cuius se contubernio coniunxit. Quam legem et de praeterito custodiri oportet. *PROPOSITA KAL. APRIL. VOLUSIANO ET ANNIANO CONSS.*

INTERPRETATIO. Per vim contra voluntatem servo iuncta alieno et vindictam consequitur. si vero sponte fit ancilla, et eius filii servi sunt. (314 Apr. 1).

4.12.2 [= 11.2 h.] *INTERPRETATIO.* Septem testibus civibus Romanis praesentibus tertio ex senatus consulto Claudiano denuntiandum. (317 Ian. 28).

4.12.3 [= 11.3 et 4 h.] *IDEM A. AD POPULUM.* Cum ius vetus ingenuas fiscalium servorum contubernio coniunctas ad decoctionem natalium cogat nulla vel ignorantiae venia tributa vel aetati, placet coniunctionum quidem talium vincula vitari, sin vero mulier ingenua vel ignara vel etiam volens cum servo fiscali convenerit, nullum eam ingenui status damnum sustinere, subolem vero, quae patre servo fiscali, matre nascetur ingenua, mediam tenere fortunam, ut servorum liberi et liberarum spurii latini sint, qui, licet servitutis necessitate solvantur, patroni tamen privilegio tenebuntur. Quod ius et in

Если же неблагодарные даже добьются службы, пусть без колебаний возвращаются в узы рабства. Ведь мы никоим образом не дозволяем допускать к какому-либо даже ничтожному месту в армии тех, которые были отпущены на свободу.

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Чтобы отпущенники не стремились ни к каким почетным и военным должностям; чтобы их свободнорожденные сыновья не могли достичь должности телохранителя; чтобы неблагодарные, даже оказавшиеся на военной службе, возвращались в рабство. 30 марта 426.

12. К Клавдиеву сенатусконсульту

IV.12.1. *ИМП. КОНСТАНТИН ПРОБУ.*

Если в отношении каких-либо свободных женщин будет допущено, что они против своей воли будут принуждены к брачной связи или с рабами, или с какими-либо другими людьми рабского положения, то в соответствии с законом они освобождаются. Однако, если женщина сама забудет честь, то она лишается свободы, а также ее дети будут рабами господина того, с кем она связала себя контубернием. Этот закон следует сохранить и впредь.

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Принужденная к сожительству против воли с чужим рабом получает освобождение. Однако, если по договору, становится рабыней, и дети ее будут рабами. 1 апреля 314

IV.12.2. *ИНТЕРПРЕТАЦИЯ.* При ведении дела по Клавдиеву сенатусконсульту в присутствии семи свидетелей из числа римских граждан должно быть сделано третье предупреждение. 28 января 317

IV.12.3. *ИМП. КОНСТАНТИН НАРОДУ.*

Поскольку древнее право присуждало свободнорожденных, связанных контубернием с фискальными рабами, к утрате природной свободы, не делая снисхождения ни незнанию, ни возрасту, представляется, что таких брачных уз избегали; если же, однако, свободнорожденная женщина либо по неведению, либо даже по желанию вступит в связь с фискальным рабом, ее статус свободнорожденной пусть не подвергается никакому ущербу, однако потомство, которое родилось от отца-фискального раба и свободнорожденной матери - пусть получает среднюю судьбу, чтобы дети рабов и свободных женщин становились "внебрачными детьми латинского права", которые, хотя

